

## Band VI., Nr. 2031, Seite 422-423

*Die Edlen Konrad und Heinrich Gebrüder von Wartenberg übergeben dem Deutschordenshause in Altshausen ihre an dasselbe verkaufte Besitzungen in Hirschegg mit allen Zugehörungen, ausgenommen das Patronatrecht in Bolstern und die Leibeigenen, und versprechen dafür Bürgen zu sein, so oft es die Not erfordere.*

Gottlieben, 1268. November 28.

Omnibus Christi fidelibus presentium inspectoribus C. et H. fratres nobiles de Wartenberch noticiam subscriptorum. Ut super contractibus habitis et feliciter consu[m]matis nulla in posterum emergat ambiguitas et quevis tollatur occasio litigandi, expedit res gestas<sup>a</sup> scripturarum indiciis futurorum noticie declarare. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod, cum viri religiosi . . . commendator et fratres domus in Alshusen, ordinis sancte Marie Theutonicorum Ierosolimitane, possessiones in Hirsegge mediantibus probis viris et ydoneis a nobis emptionis titulo rationabiliter pro certa summa pecunie comparassent, nos una cum filio mei C. predictas possessiones sanctissime dei genitrici beate Marie virgini ad domum predictam in Alshusen cum omnibus suis pertinentiis, videlicet agris, silvis, pascuis, pratis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, virgultis, cultis et incultis et generaliter cum omnibus suis appendiciis, iure patronatus ecclesie in Bolsters et hominibus, qui ad dictas possessiones pertinebant, dumtaxat exceptis, donavimus et tradidimus pure et voluntarie cum omni sollempnitate iuris, que in huiusmodi contractibus fieri est consueta, perpetuo possidendas. Et ut eisdem commendatori et fratribus plenius caveatur, promisimus et nos presentibus obligamus, quod eorum warandi simus, quocienscumque necessitas eis incumbat, super possessionibus antedictis. Testes, qui interfuerunt, sunt hii: venerabilis in Christo pater dominus E. Constantiensis episcopus, honorabiles viri H. prepositus sancti Stephani, Ber. thesaurarius canonicus Constantiensis, Eber. decanus in Kilchhaim, dominus Wern. Gniftinch de Raderay miles, Lutrammus de Ertingen et alii quam plures.<br> <br> Acta sunt hec in castro Gottelubon prefati domini episcopi, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup>., feria quarta ante festum beati Andree apostoli. In cuius rei testimonium presentes littere sunt confecte et sigillis dicti domini episcopi et reverendi in Christo . . . abbatis sancti Galli ac nostrorum robore communitate.<br> <br> Datum Gottelubon anno et die predictis.

<sup>a</sup>In der Vorlage verschrieben: *gestes*.

## II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An blauen und weißen Leinenfäden vier Siegel, die zwei ersten spitzoval, die zwei letzten schildförmig: 1) Das Siegel des Bischofs Eberhard von Konstanz. 2) Das ganz abgeriebene Siegel des Abts Berchtold von St. Gallen, von der Umschrift erhalten: + S . BER . . . DI . . . ABBAT . . . . 3 und 4) Die wartenbergischen Siegel, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2024 (WUB, Bd. VI, S. 415), von den Umschriften erhalten: + *Sigillum* . CVRA*di* . IVNIORIS . IN . WART . NBerg und S. H . . . RICI . SENIORIS . DE . WART.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 343 U 113

**Regesten:**

FREIBURGER DIÖZESANARCHIV: Zeitschrift des Kirchengeschichtlichen Vereins für Geschichte, christliche Kunst, Altertums- und Literaturkunde des Erzbistums Freiburg 1 (1865) - 27 (1899), N.F. 1 (1900) - 41 (1941), 3. F. 1 (1949) - [...] 7 (1890), S. 422. Chartularium Sangallense, Bd. 4, S. 36, Nr. 1816.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Gottlieben

**Ortsindex:**

Altshausen Wohnplatz (18642)<br> Altshausen, RV<br> Bolstern Wohnplatz (21290)<br> Bolstern, Bad Saulgau, SIG<br> Ertingen Wohnplatz (17264)<br> Ertingen, BC<br> Gottlieben, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Hirshegg Wohnplatz (19411)<br> Hirshegg, Eichstegen, RV<br> Kirchen Wohnplatz (14068)<br> Kirchen, Geisingen, TUT<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Raderach Wohnplatz (17897)<br> Raderach, Friedrichshafen, FN<br> Wartenberg Wohnplatz (14073)<br> Wartenberg, Geisingen, TUT